

www.e-rara.ch

Summa iuris canonici comprehensa tribus partibus

Strein, Johann

Coloniae Agrippinae, 1658

Zentralbibliothek Zürich

Shelf Mark: RRR 50

Persistent Link: <http://dx.doi.org/10.3931/e-rara-31071>

Commentarius in T. [...] libri V decretalium, de regulis iuris prologus.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

COMMENTARIUS
 IN T. 41. LIBRI V.
 DECRETALIVM,
 DE
 REGVLIS IVRIS.
 PROLOGVS.



Regula, Græcè κανὼν & γνῶμων propriè dicitur norma, quâ lineæ diriguntur, quasi regens mensuram. Per translationem verò secundum Paulum *IC. est propositio, quæ rem ut est, velesse debet breviter enarrat: non ut ex Regula ius sumatur, sed ex iure, quod est. Regula fiat.* Per Regulam igitur brevis rerum narratio traditur: ideoque ut *Sabinus ait*, quasi causæ coniectio, seu conjunctio est. Alii sic definiunt, *Regula est sententia quadam generalis, quæ ex plurium legum mente à Iurisconsultis notata paucis verbis summam earum consensionem, & quasi harmoniam complectitur.* Quod *Dynus* inductione declarat hoc modo. Singulariter ¹⁰⁰ constitutum est, quòd pisces occupantibus cedant, ideo, quod in nullius bonis sunt: lapilli item in littore maris inventi occupantibus cedant propter eandem rationem: item aves, & feræ bestiarum. *l. Quedam. π. De rer. divis. Inst. eod. §. 1. & §. fera.* Ex his casibus singulariter decisis, & eadem ratione firmatis Regula generalis conficitur. Quod nullius in bonis est, id naturali ratione occupanti conceditur. *l. 3. π. De rer. domin. Ita Dynus.*

Vnde colligitur 1. Regulam verbis generalibus affirmativis, vel negativis concipiendam esse; aut certè indefinitis, quæ æquivalent generalibus. 2. non esse naturam Regulæ, ut novum jus constituar, quamvis ita fieri non repugnet. 3. à lege plurimum differre, sive causam efficientem, sive alias condiciones attendas. 4. dari in remedium hu-

manæ fragilitati, quæ in numerosâ legum multitudine quasi labyrintho periclitari solet, nisi rerum summa capita, & generales gromas præ oculis habeat, s. posse quemlibet iuris peritum, præter eas, quæ actu prostant, plures Regulas formare, fusiùs dicta in quandam quasi epitomen redigenda. Denique longè aliam esse rationem Regularum iuris, & illarum, quibus Ordinum religiosorum vita, moresque diriguntur, ut patebit consideranti materiam circa quam, finem, formam, & obligationem, aliasque circumstantias; de quâ re legi potest *Hugo, Vmbertus, Caramuel in Reg. S. Benedict. & Nigronus in Comment. Reg. communi. Soc. Jesu* §. *Particula prima Regula.*

I N D E X

REGVLARVM LIB. V. DECRETALIVM.

1. Omnis res per quascunque causas nascitur, per easdem dissolvitur.
2. Estote misericordes, &c. Hoc loco nihil aliud nobis præcipi existimo, nisi ut ea facta, quæ dubium est, quo animo fiant, in meliorem partem interpretemur.
3. Qui scandalizaverit &c. Ut ilius scandalum nasci permittitur, quàm veritas relinquatur.
4. Quod non est licitum in lege, necessitas facit licitum. Nam & Sabbatum custodiri præceptum est: Macchabei tamen sine culpâ in Sabbato pugnabant. Sic & hodie, si quis ieiunium fregerit agrotus, reus voti non habetur.
5. Quod latenter, aut per vim, vel aliâs licitè introductum est, nullâ debet stabilitate subsistere.
6. Cùm in contemplatione &c. In ipso causa initio non est in questionibus inchoandum.
7. Qua multoties, &c. Quicquid in sacratis Deo rebus, & Episcopis iniuste agitur, pro sacrilegio reputatur, quia sacra sunt & à quoquam violari non debent.
8. Qui ex timore facit præceptum, aliter, quàm debeat, facit, & ideo iam non facit.
9. Desleat peccator, quia offendens in uno, factus est omnium reus.
10. Quamvis causa, &c. Non potest esse Pastoris excusatio, si lupus oves comedit, & Pastor nescit.
11. Indignum est, & à Romana Ecclesia consuetudine alienum, ut pro spiritualibus facere quis homagium compellatur.